Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Si enim tis aqua 3 saporis acris et vinei ut 3 fons in suuia in opido geppingis
tunc ex hoc attenditur in sapore stipticus et eius operatio 3 stomachum et eius digestiuam confortare vl-
cera et apostemata repercutere ventrem stringere et constipare carnem consolidare et
fortiorem facere ac laxa membra confortare et calidam aquam tales frigidam mingere quam
quam sulfuree quia minus calefaciunt eos. Aqua saporis amari operantur ea que supradicta
sunt de amaro. Balneum artificiale 2m quoddam non fit de aqua simplici aliud de aqua cum
herbis aut aliis rebus cocta. Balneum aque simplicis 2m est quoddam cum aqua calida aliud
in aqua frigida de balneo in aqua calefacta dicit galienus in libro suo de simplicibus medicinis quod balneum
aque calida dulcis est res que plus aliis confert laborantibus et maxime siccis et omnibus
constipatis vires non confortat siccitatem temperat corpus humectat superfluitates acutas salsas
et mordicantes intercutaneas resoluit corpus impinguat et ad temperatum deducit
non tamen sit valde calidum nec frigidum sed corpori contemperatum tam in calore quam in mora corpus
enim frigida et humida diuinus et cum aere calido possunt ipsum sustinere. Ergo calida et
tenera porosa minus calidum et breui mora ne vires resoluantur. Balneum
vero aque frigide tempore feruoris in estate fit cum quis ingreditur lacum fluuium aut fontem
ut calorem refrigeret aut sudores abluat et hoc quibusdam contingit aliis vero nocet si
non loco et tempore non multum feruidis aut frigidis corpus sanum et prius fricatum non multum
feruidum nec frigidum aquam sanam paruo tempore ingrediatur ut lauetur confert et maxime
si prius exitum corpus iterum fricetur leniter usque dum modicum calefiat et desiccetur
hoc non virtutes naturales confortat eo quod appellit calorem naturalem ad interiora et poros
claudit ut calor augeatur qui appetitum excitat digestionem adiuuat et post horam fit
discursus caloris ad exteriora propter quod totum corpus erit agilius ad motum. Lauetur
est tamen dilatatio ne quis sub magno calore et feruore solis aut corporis suo feruido exitum
per solem vel per motum aut laborem ingrediatur quia poris apertis subintrat frigus et humi-
dis aqua quibus duobus mala causantur. Nec quis repletus cibo vel potu ingrediatur
aquam frigidam nec post coitum nec habens corpus rarum tenuem aut delicatum aquam frigidam
balneetur quia nocet. Non 3 quis balneum sub sole feruore aut sub uento nec ullo modo
ari debet quousque sic fiat honorabilis membrorum habens eius caput debile vel omnino vitet
vel caput suum bene cooperiat et breuissimo tempore immoretur. Balneum vero de aqua
confecta 2m fit aut non cum herbis cum sulfure sale et aluine. Balneum cum herbis diuersum
est secundum diuersitatem herbarum que enim herbe calefaciunt quedam frigefacta que humectant que de-
siccant et consimiliter uti possumus decoctionibus herbarum in balneis stuphe profundis la-
pides candentes cum aqua decoctionibus herbarum que per uaporem in operantur quod in balneo
aqueo operatur qualitates autem et operationes herbarum requirantur in medicinis simplicibus aut a me-
dicis et quibus assumantur in quibus obmissis multi non volentes sanari propter ignorantiam
herbarum sumunt contrarias ut debentes refrigerari propter herbas calidas se inflammant.

De balneis artificibus